



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 52. Guisius Dux supremus Regni Vicarius, & Borbonius Cardinalis primus
Regii Sanguinis Princeps promulgatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul XVI.
A.C. 1588.

Archiepiscopus unacum pluribus aliis, qui una omnes a Rege perbenigne excipiebantur, ubi dein urgente Guisio Duce, ejusque Affeclis Regina Mater, quæ Filii sui reditum ad Parisinam urbem peroptabat, rursus apud eundem vehementer institit, cui Rex reposuit: „id numquam a me impetrabis, hinc rogo te, ne ullatenus mihi hac in re molesta sis, quocirca Regina opem in lacrimis quærebat, quas pro suo arbitrio, quotiescunque expedire censebat, fundens subjunxit: „Ah! care Fili! quid de me dicetur? quis deinceps meam reverbitur auctoritatem? qua ratione fieri potuit, ut tam cito a pia animi tui indole degeneres? Rex mox respondit: „si malum feci, ad id me Espernonius Dux induxit, nec plura locutus cessit.

§. LII.

Guisius Dux supremus Regni Vicarius, & Borbonius Cardinalis primus Regii sanguinis Princeps promulgatus.

Thu. & Dav.
vii. l. 6.

Rex cum Carnuti subsisteret, in suo Senatu promulgari, atque pacificationis edictum a singulis interposita juramenti religione firmari præcepit: postea vero palam bellum Protestantibus nuntiabatur, decretumque, ut duo

cor

conducerentur exercitus, quorum primo in Delphinatu Maduanus Dux præf-
 set, alterum autem in Aquitania Ludovicus Gonzaga Nivernii Dux a Rege in
 supremum Vicarium nominatus duce-
 ret, huic tamen Guisus Dux infensissi-
 mus erat, eo quod ipse Fœderatorum
 societatem reprobasset. Sub idem tem-
 pus die quarta Augusti in Senatu diplo-
 ma, quod die vigesima sexta ejusdem
 mensis in Curia approbatum fuit, per-
 orante Petro Versorio promulgabatur,
 quo Rex Guisio Duci concedebat, ut
 per ipsius absentiam summum impe-
 rium in exercitibus exerceret: nec mi-
 nus Rex suum animi affectum erga Bor-
 bonium Cardinalem testatum reddebat,
 huncque sui Senatus auctoritate pri-
 mum regis Stirpis Principem adjun-
 ctis etiam pluribus amplissimis præro-
 gativis declarari voluit.

§. LIII.

*Pontificis diploma ad Guisium Du-
 cem, & Borbonium Car-
 dinalem.*

Insuper habitis ejusmodi amicitiae si-
 mulationibus Rex Guisium Ducem
 e medio tollere decreverat, suarumque
 suspicionum, & odii in eundem aucti
 obtentum quærebat in diplomate, quod
 Sixtus V. Papa ad hunc Ducem, &
 Pp 3 Borbo-

Sæcul. XVI.
 A.C. 1588.

Thuan. l. 91.
 Spond. hoc
 ann. n. 10.
 Davil. l. 9.